

saltem horâ elapsâ ingentem ardorem  
& punctiōem in toto sentiret brachio  
illudque livido ad atrum vergente colo-  
re insigni que tumore corriperetur, illi-  
cò præscripsimus sequentia:

℞ Theriac. mithridat. āā ʒiʒ.  
Rob Juniperin. ʒj. Acer. bezoard. ʒij.  
Syr. card. bened. ʒiʒ. Misc. S.

**Schweiß- und Giffte austreibend**  
**Träncklein auff 3 mahl.**

Externè ℞ ☉ Juniper. scorpion. āā ʒij.  
Antidot. Matthiol. Theriac. āā ʒiʒ.  
Unguent. rosat. ʒj. Misc. D. S.

**Sälblein den vergiffenen Arm offe**  
**und wohl damit zu salben.**

Hisce adhibitis malum ulterius progred-  
di non potuit, sed plenissimè convaluit.

*Minera-  
lium ve-  
nena.*

Contra mineralium venena oleum Jun-  
iperi maximoperè laudatur à D. Gram-  
manno part. VI. cap. 4. der Chymischen  
Reiß- und Haus- Apotecen/ubi omni-  
bus, qui circa metalla & mineralia eo-  
rumque effossionem, præparationem &  
separationem occupati sunt, ut summum  
Præservativum commendat.

CAPUT XVI.

DE MORBIS VENTRICULI  
PER JUNIPERUM DE-  
PELLENDI SOLLICI-  
TUM EST.

Qui

## I VENTRICULI IMBE- CILLITAS.

**Q**ui *Ventriculum Regem* dixit, is non absurdè locutus videtur, cum notum sit, Regio illum munere fungi, dum alimoniam non reliquis solum corporis partibus subministrat, sed magnâ etiam vi in totius corporis alteratione & mutatione pollet, & teste *Hippocrate lib. 6. Epidem. sect. 3* ejus segnities omnium vaporum confusionem & impuritatem parit, quapropter Medicus in id unicè elaboret, ut ventriculi tonum sartum tectum conservet, *qualis enim Rex, talis Græx*, & languido ac imbecilli existente ventriculo reliqua membra singulare robur expectare nequeunt.

*Ventricu-  
lus Rex.*

Inter alia generosiora præsidia & ad *juniperina* in imbecillitate ventriculi confugere licet medicamenta, in primis si illa à cruditate viscidâ vel pituitosâ, vel acidâ aut ferosâ proveniat appetitusq; vel exinde vitietur, diminuatur vel aboleatur.

*Ejus De-  
bilitas.*

Si itaque humores viscidi & pituosi abundant & ventriculi *ἐνέργειαν* debilitent, *Rob juniperinum purgans* ad hos evacuandos non erit inconueniens, in primis si dicti humores per sequentem Mixturam, quam *Grylingius part. 2. de Universal. Evacuat. Genere p. 79.* commendat, ad evacuationem præparentur.

*Intermè.*

P 2

*R* Spir,



**Rx** Spir. Citr. ℥iij. ▽. menth. c. vin. ℥ij℥.  
Syr. rad. acor. ℥℥. Elix. juniper. ℥℥.  
rosmarin. ℥j.

Spir.  $\text{O}^{\text{li}} \text{Ros parum}$  M. S.

**Kräftige MagenMistur.** Dos. cochl. I.

Si ferosi acidique peccent humores, tunc non inutile erit Electuarium Hydragogum *Fr. de le Boë Sylvii*, cujus descriptionem exhibet *lib. 1. Prax. med. cap. 7.*

**Rx** Baccarum Juniper. in aqua coctar. expressar. & ad pulpæ consistentiam redactar.

Pulp. Tamarindor. āā ℥iv.

Rad. Jalapp. ℥℥. Scammon. elect. ℥j.

Cinamom. acut. Sem. foenic. āā ℥ij.

Sacchar. clarificat. ℥x. M. F. l. a. Electuarium.

Dos. à ℥iij. ad ℥℥.

InterVentriculum confortantia medicamenta ab omnibus ferè Practicis baccas juniperi locum tenere haud postremum asseritur. Sic *Savanorola Tractat 6. Pract. maj. cap. 13. juniperum. Sennertus lib. 9. Institut. part. 1. sect. 1. cap. 4. baccas Juniperi. Macasius lib. posteriori promptuar. Mater. med. cap. 9. & Schönbornius manual. med. Pract. à p. 124. usque ad 133. itidem Juniperi baccas earumque Spiritum, Essentiam, Elixir. Rob. Extractum, Oleum, & specificis addunt stomachicis.*

Sic

Sic & primum tenent locum *baccae juniperi* in Electuario stomachico D. C. quod recenset *Hoffmannus p. 54. Theaur. pharmaceut. &*

℞ *Gran. Juniper. recent. ℥ pingv. crasse contus. ʒx.*

Coqu. in vase duplici cum coeco Alem-bico cum f. q. ▽. card. bened. per 2. ho-ras, trajiciantur per setaceum & expri-mantur, expressioni add.

*Sacch. clar. ficut. ℥℞.*

Coqu. iterum ad solidi Electuarii confi-  
sistentiam, in fine adde

*Zinzib. elect. ʒiij. calam arom. ʒiij.*

*Maceris ʒij. Cubibar. ʒj. Misc.*

Sic & Electuario suo stomachico *gra-na Juniperi* adduntur à *Mynsicht. sect. 13. armament. Chym. p. 242.*

*Nobilissimus & Excellentissimus D. D.*

*Sieboldus, Reverendissimi Serenissimique Principis ac Domini, Domini AUGU-  
STI, Postulati Administratoris Archiepi-  
scopatus Magdeburgensis, Ducis Saxonie &c.  
Archiater gravissimus, Amico cuidam Vi-  
senæ ventriculo imbecilli prædito se-  
quentem communicavit Spiritum men-  
thæ compositum, quo optimo successu  
in hunc usque diem matutino & vesper-  
tino utitur tempore:*

℞ *Herb. menth. crisp. ʒviiij. melis. ʒiv,  
Rad. ʒed. ʒiij. Cort. citr. aurant. aã ʒiv.*

P 3

Bacc.



Bacc. juniper. ℥vi Cinamom. ʒ℔. Sem.  
carv. ʒj.

Concis. contus. Misc. Infundantur Vino  
optimo & Spir. Vin. digerantur per ʒ℔.  
deinde destillentur. S. Correct Krause  
münz Wasser.

Mistura stomachica Rosfincii talis est:

℞ Mistur. ℥l. ʒ. theriac. camphorat. ʒ℔.  
Extr. bacc. juniper. acori veri. card.  
bened. pimpinel. ʒdoar.  
Essent. menth. āā ʒ℔. Syrup. menth. ʒiv.  
Cinamom. ʒij.

Stent indigestione, post Colaturam vel si-  
ne Colatura ferventur in vitro. S. Ma-  
gen Mistur. lib. iv. Chym. Sect. xv. cap. viij.

Tilemannus p. 82. de materia med. se-  
quens proponit stomachicum:

℞ ▽ stomachal. N. Mosch. Juniper.  
Elix. vitæ min. Quercet. iāā ʒ℔. Cina-  
mom. ʒvj.

Brod. condit. cingib. acor. āā ʒ℔. Spir.  
bacc. sambuc. ʒij.

⊙ Chamomill. dest. gtt iij. anis. organ.  
fœnic. salv. ant. āā gtt iij

Spir. Oli. ʒi āā gtt iij. Misc.

Dof. cochl. manè.

Morsulos alterantes stomachicos se-  
quenti modo delineat B. D. D. Schenckius  
sect. 4. Syntagm. prescrib. med. cap. 2.

℞ Granor. Junip. cont. ʒiij. Rad. acor. ver. ʒj.  
Coqu.

Coqu. in  $\nabla$ . menth. & absinth. per 2. ho-  
ras, in Colatura dissolv. Sacchar.  $\mathfrak{zvi}$ ,  
adde

Zingiber. alb. cinamom. calam. arom.  
ãã  $\mathfrak{zij}$ .

Cubeb. macis. ãã.  $\mathfrak{zj}$ . F. l. a. Morfuli.

Pendeant singuli  $\mathfrak{z}\mathfrak{B}$ .

Externè Oleum stomachale tale propo-  
nitur in *Prax. Chymiatr. Hartmanni p. 173.*

Externè.

$\mathfrak{R}$  Ol. absinth.  $\mathfrak{z}\mathfrak{B}$ . castor.  $\mathfrak{zij}$ . menth.  $\mathfrak{z}\mathfrak{B}$ .  
mastichin.  $\mathfrak{zvi}$ . juniper. N Mosch. ãã  $\mathfrak{zj}$ .  
caryophill.  $\mathfrak{z}\mathfrak{B}$ . Zedoar.  $\mathfrak{g}\mathfrak{viiij}$ . Milc.

His inungentur præcordia & tegantur  
aluta.

Balsamum stomachale Rolfincii se-  
quens est, descriptum *lib. 4. Chym. sect. V.*  
*cap. 13.*

$\mathfrak{R}$  Ol. nuc. mosch express.  $\mathfrak{z}\mathfrak{j}$ . Boli Armeni  
rubr.

Vel Croc.  $\mathfrak{z}$ is cinamomi instar obscu-  
rè rubentis  $\mathfrak{q}\mathfrak{s}$ .

Misc. affuso Oleo juniperi modico, adde

Ambr. gryf.  $\mathfrak{z}\mathfrak{B}$ . Mosch. orient. al.

o dest. lavend. caryophill. cinamom.  
majoran. succin. ãã  $\mathfrak{zj}$ . menth.  
crisp. macis. ãã.  $\mathfrak{z}\mathfrak{B}$ .

M. F. Balsamum, stomachi regioni ap-  
plicandum.

Ventriculum: confortant & sacculi se-  
quentes.

$\mathfrak{R}$  Herb. menth. absinth. ãã Mj.

Flor. chamomill. aneth. rosar. ãã  $\mathfrak{pij}$ .

P 4.

Bac.



*Bacc. juniper. ℥iv. Sem. anis. foenic. cum-  
min. āā ℥ij.*

*Rad. acor. caryophyllat. āā ℥iij.*

Concis. contus. D. ad 2. Sacculos, Coqu. in vino & alternatim calidè ventriculo imponantur.

## II. NÀUSEA, SINGULTUS ET VOMITUS.

Sicut universa hominis natura in id unicè elaborat, ut omnia sibi adversa è corpore protrudat & ableget, ita ventriculus quoque ea quæ ipsi inimica sunt & molesta in orificio superiori per singultum, reliqua per *nauseam* egerere conatur. Hic conatus si in actum deducatur dicitur *Vomitus*. Hic dupliciter contingit, vel *Symptomaticè* vel *Criticè*. *Vomitus Criticus* temerè sistendus non est, *Symptomaticus* verò medicamentis idoneis justo tempore, nec nimis citò, nec nimis serò inhibendus.

*Singultus*

In hisce omnibus & *juniperina* excellunt medicamenta. Sic ad singultum compescendum internè tale compositum ordinavit *Timens* à *Guldentlee* lib. 3. *Cas. med.* p. 101.

℞ *∇a Stomacha' ura. ℥iv. Cinamom. opt. ℥ij.*

*Spir. baccar. juniper. calam. aromat. āā ℥B.*

*Rotul. man. Christi. ℥ij. Misc.*

Exter-

Externè ad singultum sequens comendat Cataplasma, ut singulare experimentum, *Mysicht. sect. 37. Armament. Chym. p. 521.*

℞ Ferment. ℥iij, Bacc. junip. ros. rubr. menth. āā ℥j.

*Caryophill. N. Mosch. maceris āā ℥℔.*

⊙ cumin. carv. āā ℔℔. acet. vini. q. s.

Misc. F. Cataplasma.

Vomitus.

*Quercetanus* in vomitu Antidotum stomachicam majorem extollit *cap. 23. Pharmacop. dogmat. restitut. p. 770.*

℞ Extract. stomach. minor. ℥ij, tunicar. ventric. gallin. bacc. juniper. Myrabolan. omnium āā ℥℔.

Rosat. novell ℥j. ⊙ dest. N. Mosch. ℥℔. caryophill cort. citr. āā ℔j.

Cum Syrupo Corallor. F. Antidotus.

Misturam contra vomitum experimentissimam sequentem damus:

℞ ∇. menth. lavend. āā cum vino destill. ℥ij.

Spir. cinamom. juniper. āā ℥j.

Essent. Zedoar. castor. āā ℥℔. anodyn. ℥ij.

Syr. cinamom. ℥i℔. Tinct. rosar. ℥iij.

Misc. omnia. S. Mistur wieder das Brechen.

Ad Vomitum qui in febribus malignis & peste contingere operationesque medicamentorum assumptorum, quoni-

Vomitus in peste & febribus malignis.



am per vomitum illa illicò iterum eji-  
untur, impedire solet, adhibet sequen-  
tem Sacculum *D. Starck tractat. de pe-  
ste pag. 60.*

℞ *Lapul. Mij. Bacc. juniper. Herb.  
menth. āā Mj.*

Concis. contus. coqu. in f. q. Vini & an-  
te postque assumptionem medicamento-  
rum regioni ventriculi imponantur.

*Vomitus  
ex hyper-  
catharsi.*

Ad Vomitum ut & ventris nimium  
fluxum ab hypercatharsi ortum sequentes  
commendat Pilulas *Savanorola tract. VI.  
Pract. maj. cap. 16. p. 102.*

℞ *Bdell. sandarac. Ar. thur. opti myrrh.  
croci āā qv.*

F. Pilulæ sicut ciceres. Da à duabus us-  
que ad quatuor in sero.

*Hemopty-  
sis.*

Ad Hemoptysin seu Vomitum san-  
guinolentum idem commendat Autor  
sequentia *cap. 13. dicti libri p. 163.*

℞ *Corall. rubr. ʒv. mastich ʒʒ. caryophill.  
ʒij.*

*Mosch. ʒj. sangu. dracon. Terr. sigill.  
aa ʒij.*

Confice cum Syrupo ex piris pomisque  
sylvestribus ut & ex cidoniis, mentha &  
agrestâ parato.

Vel.

℞ *Sangu. dracon. vernicis, lap. hema-  
rit. āā ʒij.*

*Bol. Armen. Terr. sigillat. āā ʒj. Pulve-  
risentur. Potest*

Potest etiam hæc compositio cum succi  
arnoglossæ ℥vi & ∇æ decoctionis radic.  
arundinis q. s. misceri & ad ℥ij. pro vice  
exhiberi.

Externè in omni Vomitu singularis  
efficaciæ observavimus sequens Oleum:

℞ *Herb. absinth. menth. aneth. āā Mj.*  
*Fol. myreb. piij. Bacc. laur. ℥j. Juniper.*  
*℥ijß.*

Grossè hæc omnia incisa & contusa in-  
fund. in s. q. Olei omphacin. Digeran-  
tur ad Oem ʘ 3. postea coquantur &  
colentur. Colaturæ adde

⊙ *dest. acor. menth. āā ℥iijß. Junip. ℥ß.*  
*mastich. zedoar. āā ℥iß. Misc. S.*

### Esuslich MagenOel.

Oleum hoc non in vomitu solùm,  
sed torminibus etiam ventris, Colicâ,  
Dysenteriâ, uterinis accidentibus officii-  
um feliciter sæpe præstitisse vidimus.

Hæc medicamenta nauseam quo- *Nausea.*  
que feliciter tollunt, præmissis inprimis  
Vomitoriis idoneis, utpote, quæ mate-  
riam peccantem ex ventriculo fortuna-  
to successu evacuare solent, testante id  
experientiâ.

### III. FAMES NIMIA.

DE Erifichtone narrat Ovidius lib. 8.  
*Metamorph. fabul. 15.* quod viscera i-  
psius à fame occupata fatiari non po-  
tuerint, de quæ illo ita fabulatur:

--Fue--



----- Furit ardor edendi  
 Perque avidas fauces, immensa que viscera  
 regnat

Nec mora, quod pontus, quod terra, quod  
 edecat aër

Pascit & appositis queritur jejunia mensis  
 Inque epulis epulas querit, quodque urbibus  
 esse

Quodque satis populo poterat non sufficit uni  
 Plusque capit, quo plura suam demittit in  
 alvum &c.

Idem in appetitu nimio quando-  
 que dicere vix absurdum esset, cum tan-  
 ta ciborum interdum adsit appetentia,  
 ut illa nullis propemodum epulis satiari  
 possit, qui affectus *Bulimus*, & *Canina*  
*Appetentia* dicitur.

*Bulimus*,  
*Canina*  
*appetentia*  
*potus*.

Differunt autem *Bulimus* & *Appe-*  
*tentia Canina* eatenus quatenus *Bulimus*  
 fermentatio est ventriculi aucta, sine  
 tamen vomitu vel diarrhoea, *Canina Ap-*  
*petentia* verò cum vomitu & diarrhoea, ab  
 humoribus utraq; melancholicis vel ab  
 acriori succo pancreatio, vel à ciborum,  
 medicamentorum acriorum assumptione  
 aucta & excitata, quo de ulterius vid.  
*Prax. Barbett. lib. 4. cap. 1. Sennert. Prax.*  
*Med. lib. 3. part. 1. sect. 2. cap. 2.*

*Interna*.

Huic malo tanquam specificum  
 opponitur oleum destillatum Juniperi à  
 D. Deckero, in notis ad *Prax. Barbett. loc.*  
*cit. p. 122.*

Se-

Sequens in hoc affectu deprædicat *Fr. de le Boë Sylvius lib. 1. Prax. Med. cap. 2.*

℞  $\textcircled{\circ}$  *macis stillat. granor. juniper. āā ℥j.*  
Misc. in vitro Dof. gtt. ij. vel 3. in vehi-  
culo convenienti.

Convenit quoque sequens Mistu-  
ra, quâ in nimia appetentiâ à Spiritus  
℞ li nimio usu excitatâ, usi sumus:

℞ *Spir. menth. juniper. āā ℥i℔.*  
*Rob. Juniper. Syr. cinamom. āā ℥iij.*  
*Essent. anodyn. ℥℔. Misce. S.*

**Magen** Mistur. Dof. cochl. i.

## CAPUT XVII.

USUM JUNIPERI IN MOR-  
BIS INTESTINORUM  
EXPLORAT.

## I. DE VERMIBUS.

Quemadmodum  $\mu\alpha\kappa\rho\upsilon\sigma\mu\textcircled{\circ}$  va-  
riis vermium generibus repletus est,  
ita quoque homo  $\mu\iota\kappa\rho\upsilon\sigma\mu\textcircled{\circ}$  & hâc in  
parte illi cedere non vult, sed in variis,  
proh dolor! humani corporis partibus,  
*vermes*, imprimis intestinis inveniuntur,  
variorum, Autores malorum, quorum  
tria dantur genera. Primi dicuntur  
*Lumbrici teretes*, lumbricis terrestribus  
similes, pueris præcipuè, hinc tamen &  
adultis sæpe familiares. Secundi ap-  
pellantur *Lati*, à latâ ipsorum formâ. Sic *Lati ver-*  
*mes.*

*Lumbrici  
teretes.*

*Lati ver-  
mes.*